



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Regno Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

esse vniuersalem, vt fides & inuocatio accendi possit. **CERTAMEN** de effectu electionis teneamus hanc consolationem, Deum volentem non erire totum genus humanum, semper propter Filium per misericordiam uocare, trahere & colligere Ecclesiam, & recipere adferente, atq; ita uelle semper aliquam esse suam Ecclesiam, quam saluat & saluat, sicut Christus inquit: Oues meae uocem meam audierunt, & ego noui eas, & sequuntur me, & uitam æternam do eis, & non rapiet eas de manu mea. Hæc de effectu electionis prouidet scire, ut statuamus nos exaudiri & iuari, & sciamus Ecclesiam a Diabolo posse deleri. Magnum certamen significat hæc vox: Nemo rapuit de manu mea. Excitemus igitur fidem, & inuocemus Filium Deum uentem oves suas, quia simul dicit: Audiunt me, & sequuntur me.

DE REGNO CHRISTI.

E VANGELIUM clarè docet, Regnum Christi esse spirituale, hoc est, Christum sedere ad dextram Patris, & interpellare pro nobis, & dare remissionem peccatorum, & Spiritum sanctum Ecclesie, hoc est, credentibus in ipsum, & inuocantibus Deum filium ipsius, eosq; sanctificare, ut resuscitet eos in nouissimo die ad uitam, & gloriam æternam. Et ut hæc beneficia consequamur, ordinatur et ministerium Euangelij, per quod uocantur homines ad agnitionem Christi. Et Spiritus sanctus per Euangelium est efficax, &c. Interim uero ante nouissimum diem Ecclesia in mundo patitur persecutionem, & erunt mali bonis admisti in Ecclesia. Hæc est uera & genuina sententia Euangelij, de regno Christi & Ecclesie. Estq; excrucians & damnandus error ille Iudaicus Anabaptistarum, qui fingunt Ecclesiam ante nouissimum diem, politicam quandam mundanam futuram esse, in qua regnent pij, & armis deleant omnes impios, & occupent omnia imperia, &c. Colligimus itaq; testimonia de spirituali regno, non solum ad refutandos fanaticos spiritus, sed etiam, quia prodest has sententias habere in conspectu, ut nos consolentur, & exultent ad exercitia spiritualia, ad fidem, ad orationem, ad penitentiam. Nam error ille Iudaicus præter cætera incommoda hoc quoque habet, quod obscurat & prorsus obruit consolationes spirituales, & deleret exercitia spiritualia, quia mentes humane expectant tantum illa noua imperia, obliuiscuntur rerum spiritualium, & opprimuntur desperatione, cum non contingit illud speratum oceanum, quod somniarunt.

QVOD REGNUM CHRISTI
sit spirituale.

IOHAN. 17. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne
quod